

Prorege conſulto, providebunt: Iuxta id, quod præcipitur in ſchedula Anni 1620. quodd ſcilicet in Hiſpaniam remittantur. Sed quis erit red- dens, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vitâ ſua.

CAPVT XI.

De Auditore pro defunctorum bonis Iudice conſtituto. Et qualiter illius poſſit conſcientia in huius officij executione grauari.

§. I.

Explicatum officium & prior pro illo reſolutio.

Tribunalis pro defunctorum bonis inſtitutio.

Caffiodorus.

Aſſertio. Peccare grauius Auditorum clauem arca aliis tradentem.

Ex lata culpa obligationem eſſe reſtitutionis cum graui peccato.

76 Sanctum quidem hoc Regum noſtro- rum inuentum, vt ab inſtato dece- dentibus, aut quorum hæredes ab- ſentes ſunt, vel etiam legatarij, pique opera in Hiſpaniâ faciendâ mandauerint, non deſit, qui eorum vltimas impleri faciat voluntates; Peruie ſunt enim ſemper iniuriis facultates abſentium; & quodammodo videtur occaſio homines in delictum tra- here, quæ non poteſt animum providentis de reſulta- tione terrere, vt Caffiodorus ſcribit Lib. 1. c. 5. Vnus ergo ad munus hoc Auditorum adlegitur bien- nali ſucceſſione, ab vnâ claſſis expeditione vſque ad aliam, quando collecta ſolent remitti bona; ſic enim rectæ adminiſtrationi viſum eſt oppor- tuniori poſſe indiſtriâ reſponderi. Suum igitur Iudex talis habet tribunal cum neceſſariis mini- ſtris, & cauſas omnes in primâ cognoscit, & con- cludit inſtantia, quæ ad talem ſpectant collec- tionem. Poſteſt tamen circa hoc multipliciter peccari, & quod ſanctè inſtitutum eſt, in damna- tionis argumentum detorqueri: circa quod

77 Dico primò. Cum arca haberi debeat trium clauium pro bonis prædictis aſſeruandis, quarum vnâ ipſe habere debeat Auditor, duas alias præcipui miniſtri; peccat ille grauius, ſi eam non teneat apud ſe, ſed aliis tradat, aut non aſſiſtat quando eſt aliquid extrahendum. Id conſtat; quia ex negligentia, aut nimia confi- dentia iſta, ſtatim apparet, quàm ingentia poſſint incommoda reſultare, & quidem lex ita diſpon- ens, de qua Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 7. n. 6. & in Politicâ lib. 5. Cap. 7. pag. 799. §. Pero final- mente, nihil ſuperuacuum in hac cautione præſcri- bit; ergo id ad plenam ſecuritatẽ omnino ne- ceſſarium iudicauit; qui ergo circa hoc negligen- ter ſe habet, grauius peccat, quia ex eo fit plenam ſecuritatẽ non haberi. Videat iudex, ſi in ar- ca tali ſuas haberet facultates, an illius clauem à ſe pateretur auelli, & inde colligat qualem erga bonorum ad defunctos ſpectantium curam, & cuſtodiam debeat adhibere. Non hoc quidem leuis, aut leuiſimæ culpæ negorium eſt, ſed lata: quæ cum datur, communis Doctõrum ſententia; Juri ſic diſponenti, conformis, graue in eo piaculum cum reſtitutionis onere recognoscit. Pro quo videri poteſt. P. Leſſius lib. 2. Cap. 7. n. 24. & Bonacina Tom. 2. Diſp. 3. quæ eſt de contracti- bus Quæſt. 1. Puncto 6. & alij paſſim, qui cul-

pam latam ſic explicant, vt ſit defectus diligen- tiæ in re alterius cuſtodien- dâ, quam ſolent ho- mines adhibere in ſuis rebus cuſtodien- dis. Si er- go quis theſaurum ſuum habens in arca, alteri clauem non traderet, vt apud ſe diutius haberet, aut eum extrahendum aliquid eſſet, id minime alterius curæ committeret; ſignum manifeſtum eſt, in huiusmodi defectu erga arcam dictam cu- ſtodien- dam, graue ab Auditore iudice crimen admitti. Ante annos aliquot vidimus in hac Re- gum vrbe notabile in hoc genere portentum: ex arca enim dictâ immenſa eſt diuitiarum copia fur- tim extracta, peſſimi tabellionis indiſtriâ, qui erat è tribus clauigeris vnus; iuxta id, quod lege diſponitur: & licet ſolus in pœna fuerit ſuſpen- dio addiſtus, culpa tamen ſolius non fuit, cum de- poſitum illud attetiori ſeruari cuſtodia debuiſſet.

§. II.

Duplex pro eodem Aſſertio.

78 Dico ſecundò. Iudex prædictus graui- ter peccat, & cum reſtitutionis onere in collectione bonorum expenſas multiplicans, vt miniſtros, aut familiares ita ſibi obſequentio- res reddat, aut aliis humanis reſpectibus, vbi di- uini tantum attendendi. Hoc ita eſt planum, vt non egeat probatione: in quo ſæpius peccare communis teſtatorum perſuaſio videtur com- probare, qui, vt bona, quæ relinquunt, in pote- ſtatem tribunalis huius non veniant, & ſic dimi- nutionem notabilem patiantur, hæredes confi- dentarios designant, & faciendâ in Hiſpaniâ o- pera pia aut alia tribuendâ legata eorum fidei committunt, inſtructione ſecretâ. Fit ergo pie- tatis depoſitum, auaritiæ ſpolium, & grandis quandoque cenſus expenſarum titulo ad miſe- randam redigitur paruitatem. Non ergo pec- cant ſi in extremis diſponentes, vt rebus ſuis con- ſulant, neque ipſis operam præſtantes ſuam, vl- timarum voluntatum adminiſtri meliores.

79 Vbi dubitari poteſt an executores tales à iudice præfato ſub iuramento interrogati, veri- tatem dicere teneantur, vel abſtractione aliqua eam poſſint occultare. Ad quod dico non tene- ri, ſi contra eos ſemiplena probatio non ſit, iuxta ſatis receptam ſententiam, quam tenent P. Leſſius Lib. 2. Cap. 31. Dub. 3. num. 8. P. Thomas Sancius Lib. 3. Operis moraliſ, Cap. 6. num. 26. vbi quamplures adducit. P. Vincentius Tancredi de Religione Tract. 4. libr. 3. Diſp. 3. numer. 26. & alij. Idem etiam dicendum, ſi dubitet an iuridicè in- terrogatur: quod etiam tenet P. Leſſius. ſupra num. 10. P. Vincentius. §. Vel ſi dubium. P. Fa- gundez lib. 2. in Decalogum Cap. 1. num. 18. addu- cens præter P. Leſſium citatum, Caietanum, So- tum, & Adrianum. Cuius ſententiæ non eſt leue fundamentum, quòd in dubio potiùs fauendum eſt reo, nec certum onus ab incertâ eſt poteſtate ſub pœnâ æternæ damnationis admittendum. Si autem legitima ad interrogandum fundamenta ſint, etiam in eo caſu probabile eſt non obligari ad manifeſtandam veritatem ſed amphibologiâ vt poſſe, dicendo teſtatoris voluntatem eam eſſe, quam verba teſtamenti declarant, eam inquam, quoad ſcripturam, quia ſic ſcribi voluit vel aliter, ſi ſub

Quandò contingat.

Furtiuum portentum.

Aſſertio 2. Peccare grauius expenſarum multiplicatiõne.

Non peccare hæredes confidentarios aſſignantes.

Hæres confidentiarus an iurare poſſit ce- lans veritatem. Pro quo probabiles doctrina adducuntur.

Si dubitet de iuridicâ interrogatione.

Et etiamſi legitima quia factum non eſt criminofum.

Etiamſi veniaſiter tale ſit.

Et ratione damni &c.

Habentem bona de- functorum non teneri manifeſta- re.

Eſſe legem in præſum- ptione ſun- datam.

Aſſertio 3. Graue et- iam eſſe peccatum retardatâ executione.

Quæ ſit di- laſio nota- bilis.

ſi ſub aliâ verborum formâ interrogatio propo- natur. Probatur ex doctrinâ P. Sancij ſupra n. 29. vbi ait quod factum exterius contra legem excuſatur à culpa ratione alicuius circumſtantia, poſſe rogatum iuridicè de illo facto, id negare, intelligendo de facto criminofa. Quod & tenet Diana Part. 3. ar. 6. ref. 3. §. 15. P. Leſſius ſupra n. 14. addens id verum eſſe, etiamſi factum contra legem non excuſetur à culpâ veniali. Item ex doctrina eiufdẽ P. Sancij ſupra n. 24. vbi ait iuridicè interro- gatum poſſe æquiuocatione vit, quando non tene- tur ob aliquam cauſam teſtimonium ferre; vt quia ipſi damnum notabile ſequeretur &c. In caſu autem noſtro ita contingeret, quia veritatem aperiens non parum grauari poſſet, tum vt legis tranſgreſſor, quamuis verè talis non ſit; quia lex Iudicem bonorum defunctorum conſti- tuens, neminem vetat confidentiâ vt, aut iuxta eam procedere, ſed iuxta manifeſta prouidentiam vult Regiam exerceri. Tum item, quia plura ex- torqueri poſſent, quàm re ipſa ſibi concedita fuerint, & litibus moleſtiſſimis pro eo, quod ſua nihil intereſt, perturbari: & doctrinam dictam probat P. Tancredi citat. n. 26.

80 Et propter eandem rationem ingentium detrimentorum in facultatibus relictis, poterit quis habens aliqua defuncti ab inſtato bona, aut de quibus, etiamſi teſtatus fuerit, non conſtat, eò quòd teſtamentum factum aliquot per annos ante mortem fuerit, ea non manifeſtare iudicè, ſed cum omni ſecuritate ad hæredes tranſmittere; ſic enim voluntatem defuncti meliùs exequitur, & viucentium vtilitati meliùs conſulitur. Quod aliunde poteſt oſtendi, ex communi ſcilicet ſen- tentia de legibus in præſumptione fundatis, quod ſcilicet non obligent, quando præſumptio in ca- ſu particulari deficit, & quando finis adæquatus eſſat in particulari: pro quo quamplures Aucto- res adducit Diana Part. 1. Tract. 10. Reſolut. 27. & 28. Cum ergo finis legis ſtatuentis præfatum iudicem, ille ſit, vt morientium voluntates im- plementur, & eò quòd non ita impleri, cum ex- ecutio priuatis committitur, bonis con- iecturis præſumatur: ex eo habetur poſſe quem- uis prædicta exequi, in quo præſumptio talis nullum habet fundamentum; cum aliunde maior in eo deprehendatur pro viuus, & mortuis vili- tas, quam præſertim Catholici Reges talibus ſta- tutis intendunt.

81 Dico tertio: Peccat grauius iudex præ- dictus, cuius negligentia executio circa bono- rum diſpoſitionem retardatur. Ratio eſt clara: quia ex tali retardatione graui ſequuntur in- commoda. Nam in primis defunctorum non implentur voluntates. Deinde iidem multis ani- marum ſuarum ſuffragiis defraudantur. Quin et- iam ij, ad quos bona ſpectant, eorum fructu pri- uantur. Ob quas rationes peccati grauis rei iu- dicantur teſtamentorum executores, qui diſpo- ſitiones teſtatorum diutius protrahunt. Pro quo videri poteſt P. Molina Diſput. 251. §. dubium item. P. Thomas Sancius Tom. 2. Conſilior. lib. 4. Cap. 1. Dub. 53. qui alios adducit, præſertim Concluſ. 4. Quæ autem ſit notabilis dilatio non poteſt certis regulis designari L. Nulli. C. de Epif- copis, & Clericus dicitur, ſine vlla cunctatione. Quis autem non videat per menſes aliquot cunctan-

Theſauri Indici Tom. 1.

tem, dici non poſſe ſine vllâ exequi cunctatione. Sunt tamen, qui in Sacerdotibus ad Miſſas di- cendas ob ſtipendium receptum obligatis, duos menſes non cenſeant notabile eſſe ſpatium, bene autem vterius. Pro quo videri poteſt Diana Tom. 1. Tract. 14. Reſolut. 25. & Hieronymus Garcia in Summa morali de Sacerdotio Tract. 3. diſſi- cult. 10. dub. 8. & dicenda à nobis inſra in Appen- dice pro Clericis poſt Titulum. 19. numer. 3. Iuxta quod in caſu noſtro idem poterit non improba- biliter ſuſtineri. Quamquam in ordine, ad ea, quæ ad Hiſpaniam ſunt tranſmittenda, aliter philoſophandum videatur. Si enim ob negli- gentiam duorum menſium elabatur occaſio tranſmiſſionis, ſpatium iam nimis longum eſt; cum annus præterea integer expectandus ſit, qui inter expeditiones claſſis ſolet currere, ſi autem non elabatur occaſio, neque propter dilationem debita ſiant deterioris conditionis, quæcumque illa ſit non videtur graue in illâ peccatum reperi- ri: cum nullum ex eâ damnum cuiquam ſubſe- quatur.

82 Dico quartò: Collectæ defunctorum pecuniæ nullo modo poſſunt negotiationibus exponi, ſiue ad iudicis commodum ſiue aliorum, neque ad neceſſitates quaſlibet, quantumuis pu- blicas & vrgentes, inerti aut etiam mutuarij & hæc quidem omnia ſatis ex ſe videntur iuſti- tiæ conformia; eòdem enim modo pecuniæ iſtæ tractandæ ſunt, ac ij, qui illas morientes relique- runt, viuus aſſent, & ita nullus eas contrectare contra eorum poſſet voluntatem, niſi furti crimi- ne diſſamandus. Nihilominus ad maiorem firmi- tatem legibus ſtabilita ſunt, de quibus Dom. Solorzanus num. 6. & quod ad negotiationes at- tinet, inferius diſcutiendum, cum de Regiis Offi- cialibus ſubierit ſermo. Quòd autem non poſ- ſint in neceſſitates alias conuerti, non tollit com- mune doctrinam, iuxta quam diſpoſitiones defunctorum mutari poſſunt in alias, quando illæ nequeant executioni mandari, aut conuerti in meliores, iuxta aliquorum ſententiam: pro qui- bus videri poteſt Pater Thomas Sancius Tom. 2. Conſilior. Lib. 4. Cap. 2. per ſeptem priora Capita. Id autem; quod de mutatione dicitur, non habet locum reſpectu Regis, qui ſi mutuum aliquid petat, aut in ſua lege diſpenſat, aut declarat non ſibi, ſed aliis impoſitam fuiſſe, cum in eo non ſit periculum, quod in aliis ſolet eſſe certiffimum.

§. III.

Circa iuriſdictionem notandæ deciſiones.

83 Dico quinto. Iudex dictus grauius pec- cat ſuam iuriſdictionem extendens; id planum, ſed quia non ſemper obſeruatum, opus fuit Regio reſcripto ſpecialiter admoneri, de quo Dom. Solorzanus num. 31. & in Politicâ pag. 803. §. Y ſempre: apud quem videri poſſunt aliqua, in quibus committi talis exceſſus poteſt, præter- tim circa perſonas, aut bona eccleſiaſtica, in quibus multiplex eſſe quæſtio poteſt.

Prima; an cum Clericus ab inſtato mori- tur, & hæres eſt laicus, ſe iudex præfatus intro- mittere poſſit circa eorum collectionem, & reli- qua

Sententia circa obligationem dicendâ Miſſar.

Aſſertio 4. Pecuniæ Collectæ pro nullo effectu extrahi poſſe.

Regi mu- tua dari poſſunt.

Aſſertio. 5. Grauius etiam peccari exten- ſione iuriſ- dictionis.

Difficulta- tes circa bona Clerici mo-...